

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

1. Quis enim mercenarius non desiderat ymbram & quietem? Hiob. 7. vers. 2. Quis ligatus non cupit solvit? Rom. 7. v. 24.

Neque hic opus plura addere de miseria humani generis, quam ipsa experientia docet.

Mirum ergo nos malle quotidie cruce premi, quam quiescere a laboribus, Apoc. 14. v. 13.

2. Deinde quis non cupiat esse cum Christo, qui unico hoc optauit, ut simus vbi ipse est, Job. 17. v. 24. Et omnes Iacob ad me, Joan. 12. v. 32. Quis non sequi cupiat trahentem & euocantem? praesertim cum velit nos facere coheredes, Rom. 8. v. 17. Ipse dicit, hereditate regnum, Matth. 25. v. 34.

3. Cumque multo & longe melius sit tibi viuere cum Christo, quam hic in mundo habere pressuram, Job. 16. v. 33, insani sunt, qui miseriā non cupiunt permutare cum abundantia gaudiorum, Psal. 16. v. 10, quam oculus non vidit, Isa. 64. 1. Cor. 2. v. 9.

F I N I S.

THEMA LXXII.

Phil. 2. v. 12.

Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operemini.

D I S P O S I T I O.

Omnium Christianorum hoc praecepsum esse debet studium, ut salutem æternam consequantur. Ideo Petrus hortatur, 2. Pet. 1. v. 10. Firmam facite electionem vestram. Et hoc logo Paulus, operemini salutem vestram. Si enim maxime homo esset felicissimus in his terris, & possideret omnes mundi thesauros; iacturam autem faceret animæ suæ, esset is omnium miserrimus, Matt. 16. v. 26. Cun itaque congregati simus hoc tempore in funere eius defuncti, de cuius salute nihil dubitamus, operæ precium erit

THEM
ni endice
solitam ope
gumus, fin
tanda et rati
ones, qui e

Primo Par
et, operemini
Hoc verb
opera confe
consequi po
blister. Lu
cum pallium,
hola operatu
ter & vultu
Phil. 2. v. 9,
datu*li* hoc

Hoc ita
stum para
pria sua cu
dolgent, v
146. Paulus
pios indic
natur, ve
ciam huius
Atque si
cur, hoc e
Debet cred
Theol. 1. v. 1
Deinde v
Ostendens f
quid Garde
4 sed de pre
de sollicitate
Quod si ves

THEMA LXXII. EX NOVO TEST. 633

erit audire Paulum, docentem, quomodo & nos salutem nostram operari debeamus. Vsq; hoc tanto rectius intelligamus, singula primum verba huius sententiæ excutienda erunt diligentissime. Deinde tractandi loci communes, qui ex hoc textu surgunt.

Textus.

Primo Paulus ait, *μετέργασθε τὸν εαυτῶν οὐτοῖς λαβ, hoc est, operemini, vel curate salutem vestram.*

Hæc verba Pontificis detorquent, quod per nostra opera consequamur salutem, aut quod operando salutem consequi possumus: sicut ille faciendo possidere volebat salutem. Luc. 10 v. 25. Quia autem Paulus non alibi tantum passim, sed & in hac ipsa ad Philippienses scripta epistola operum iustitiam reicit, & tanquam *σκύλλα* habet: & vult inueniri in iustitia, quæ per fidem est Christi. Phil. 3. v. 9, ideoque plane diuersum à Pontificiis Paulus statuit hoc ipso loco.

Hoc itaque vult, vt salutem per unum & solum Christum partam [Ez 63. v. 3. Tuncular solus calceau] non propria sua culpa excutiant, & securitati carnali tantum indulgeant, ut se indignos faciant vita æterna. Sicut Act. 17. v. 46. Paulus Iudæis Antiochenis dicit: quod indignos seipso indicent vita æterna. Cæteros vero pios & fideles horratur, ut perseverent in gratia Dei, v. 43. ibid. Eadem etiam huius loci est sententia.

Atque si in latiori significato vocabulum *operari* sumatur, hoc sensu etiam fidei tribuitur. Sic operari opera Dei est credere. Joh. 6. v. 29. Opus fidei, 1. Thess. 1. v. 3, & 2. Thess. 1. v. 12.

Deinde vero addit: operamini salutem vestram ipsorum. Ostendens scilicet non debere nos esse solicitos nimium, quid fieri de aliis, nec debere nos alios iudicare, Rom. 14. v. 4 sed de propria potissimum salute nostra inquirendum, & solicitare hoc agendum, ut ipsi simus de hac certissimi. Quod, si vero etiam illorum salutem promouete possu-

Rr 5 mas

mus, nunquam hoc est negligendum. Vide Jac. 5. vers. 20.

Tertio. Vult nos operari salutem nostram *cum timore & tremore*. Hoc etiam atripiunt Pontifici, ut inde suā perpetuam dubitationē probent & nostram *πληροφορίαν* spiritus euentant. Desumpta autem hæc sunt ex Ps. t. v. 21. Vbi vult Psaltes ut seruiamus Deo in timore, & exultemus cum tremore. Vbi vocabulum exultandi vel gaudendi tremori coniungitur: ut ostendatur tremorem & timorem hunc non pugnare cum lætitia spiritus & *πληροφορίας* Christiana, sed tantum opponi securitati carnali. Huc pertinet ad Prou. 28. v. 14 Beatus qui semper timet. Huic opponitur ibidem securus & præfractus.

L O C I.

I. DISCIMVS. Nunquam debere nos esse immemores salutis nostræ: ut temere amittamus & excutiamus eam hereditatem qua nobis est ab initio parata. Matt. 25. v. 34. per Christum. Possent vrique retinere omnes si relent. At plurimi de hac plane noa sunt solliciti: sed repellunt verbum Domini, Act. 13. v. 46. Als wann sie es mit sich haben von sich stießen. Ideo que sicut Spiritus sanctus: Extremitas tua ò Israel, Hos. 13. v. 9.

Tv N° LVISTI, Matt. 23. v. 37.

Quare moriemini? Ezch. 18. v. 31. & 32. v. 11.

De temporalibus plerique magis suos solliciti, quam de cœlestibus, ut patet ex parabola, Luc. 16. v. 8. At Paulus superna & cœlestia quætere iubet, Col. 3. v. 1. Quid enim prodesse lucrari mundum, & perdere animam, Matt. 16. v. 26. Prima itaque cura sit illa de qua Christus, Matth. 6. v. 33. & 19.

II. Nunquam ex animis nostris exuriendus timor Domini: nec vuquā indulgedum securitati carnali. Quia semper nobis est pugnandum cum Diabolo, Eph. 6. v. 12. 1. Pet. 5. v. 8. Multi sic agunt, ac si iam omnino debellatum esset, & Diabolum iam mortuum esse putant. Ideoque in diem viuum & peccatis secure indormiunt. Athi postea incau-

incauti obseuntur. Ideoque qui sibi viderit stare videat ne cadat, 1. Corin. 10. v. 12. & Rom. 11. v. 20. timeas: quia si naturalibus ramis non pepercit, &c.

Est autem hic timor filialis, Rom. 8. v. 15. nec pugnat cum πλευρα φοβεσι fidei. Ideoque & timere & simul in Domino semper gaudere vult Philippienses, Phil. 4. v. 4.

F I N I S.

T H E M A LXXIII.

Phil. 3. v. 20.

Nostrum πολίτευμα in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus, Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile ut conforme reddat corpori suo glorioſo, secundum efficaciam qua potest etiam subiungere sibi omnia.

D I S P O S I T I O.

Prima cura & studium hominis adulti est, ut certo quodam & honesto loco sibi aliquod ius ciuitatis acquirat, ubi iuctum manibus querere, & inde vitam suam, cum suis sustentare possit. Id quod non improbandum. Verum cum in his terris nonnunquam contingat, ut interdum hoc ciuitatis iure excidant homines, aut illud adepti ad tempus saltem [neque enim immortales sumus] usurpare possint, ideoque Paulus breuissimis hisce verbulis alium locum monstrat, in quo & tutius & diutius hærere possimus. Tria autem hic consideranda veniunt.

1. Vnde petendum sit hoc ciuitatis ius, hoc nostrum πολίτευμα.
2. Quis fructus ex eo ad nos redudent.
3. Quid nobis iuxta facendum, ut eo tanquam municipali priuilegio gaudere, vni & frui possimus.

I. Pars.

Nostrum πολίτευμa est in cœlis. Loquitur Apostolus

de